



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.1. Leo Imperator Imagines persequitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

S. Bonifacius Germaniæ Apostolus.



HISTORIA  
ECCLESIASTICA.  
LIBER XLII.

S GREGORIUS II. PAPA.  
LEO III. IS. IMPERATOR. LUITPRANDUS,  
REX LONGOBARDORUM.

§. I.

*Leo Imperator Imagines per-  
sequitur.*



um ageretur annus a repara- Sæcul. VIII.  
ta Salute septingentesimus A. C. 726.  
vigésimus sextus, Indictione

*Hist. Eccles. Tom. X. A nona,*



Sæcul. VIII. nona, spississimo fumo tanquam ex for-  
 A. C. 726. nace ardente ex fluctibus inter Insulas  
 Archipelagi Theram & Therasiam erum-  
*Theoph. an.* pente, mare æstuans pumices undequa-  
 10. p. 338. que in vicinas Asiæ & Europæ oras eja-  
*S. Niceph.* culabatur, & prope Insulam Hieram no-  
 p. 37. va Insula ante nunquam visa apparuit.  
 Quamvis vero hæc raro adeo non acci-  
 derent, nihilominus Leo Imperator hunc  
 eventum prodigiis æquiparavit, & irati  
 Numinis indicium esse pronuntiavit;  
 quod JESU Christi & Sanctorum Ima-  
 ginibus honor indebitus exhiberetur.  
 Quippe a Musulmannis hauserat opinio-  
 nem, hunc cultum Sanctorum esse Ido-  
*Theoph. an.* lolatriam. Haud parum in isto errore  
 7. p. 336. confirmatus est a quodam nomine Bese-  
 Syro, parentibus Christianis nato, qui ab  
 his Infidelibus captus eorum Religionem  
 susceperat turpis Apostata, & deinde li-  
 bertate recuperata ad Romanos redie-  
 rat. Hunc hominem Imperator propter  
 eximias corporis vires, & mutuum in er-  
 rore consensum magni faciebat. Item  
 Constantini Episcopi Nacoliensis in Phry-  
 gia eundem errorem foventis adulatio  
 accessit.

Ergo anno Regni sui decimo, JESU  
*vit. S. Ste ph* Christi septingentesimo vigesimo septi-  
*Fun. c. 1.* mo, convocato populo, publice edixit;  
*Anal. Græ* Imagines facere, esse Actum Idololatriæ,  
 p. 412. unde sequeretur, non esse adorandas.  
 Hæc



Hæc dicente Imperatore ingemuit populus, & ille plura tunc addere non ausus, etiam in alium sensum verba sua detorque conabatur; at erroris principio generosum pectus opposuit S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, coram Imperatore affirmans, Christianos semper habuisse imagines, seque ad earum defensionem mori paratum esse.

Sæcul. VIII.  
A. C. 727.

## §. II.

*S. Germani Constantinopolitani Epistola Apologetica pro Imaginibus.*

Sanctus Germanus nihil non egit, ut eos Episcopos, qui Imperatoris errori consentiebant, præsertim Constantinum Episcopum Nacoliensem, hujus Hæresis Auctorem, ad sanam Doctrinam reduceret. Tres habemus epistolas, quas Germanus de hac materia scripsit. Prima ad Joannem Episcopum Synnadensem in Phrygia Constantini Metropolitam data est, in qua dicit: *Tarasius Patricius reddidit mihi epistolam tuam, in qua de Episcopo Nacoliensi mentionem facis. Itaque certio rem te facio, quod antequam illam accepissem, cum Episcopus iste ad me venisset, de Imaginibus conferre cæperimus, & ego ipsius mentem examinaverim (jam enim eum fama mihi suspectum reddiderat) hæc autem in defensionem suæ opinionis*

Conc. 7. Act.  
4. tom. 7. p.  
290.